

§ 32. Satis est in illa quidem nefaria belua docere.  
*(Desunt X paginae.)*

§ 36. ... rebus confirmat et ex eo praecipue tempore, quo idem Tullius exolare compulsus sit.

Quae fuisse igitur iusta causa restituendi 5  
 mei, nisi fuisse iniusta eiciendi?

... Mira brevitate ab iudicato publico et a sequenti  
 contrario colligit probaturus per vim se civitate depulsum,  
 cum postea meruerit restitutionem.

§ 38. Quem si interficere voluisse, quotiens et 10  
 quantae occasiones, quam praeclarae fuerunt!

... καιρῶν. Opportuniorum temporum prosequitur enumera-  
 tionem, quibus Miloni facile factu esse potuerit interimere  
 P. Clodium, cum et occasiones oportunas et causas honestas  
 haberet. Quod tamen ipsum cum facere noluerit, procul 15  
 dubio verisimile non sit, ut hoc importune adgressus sit.

P. Sextio, collega suo, vulnerato.

Hae cruentissimae dimicationes fuerunt per eos dies,  
 quibus actum est de restitutione Ciceronis.

§ 39. P. Lentulus, restitutor salutis meae.

20

⟨De⟩ Lentulo Spinthere loquitur, qui et ante consulatum amicissimus Ciceroni fuit. Hoc declarat ipse Tullius in epistula quadam ad eundem Lentulum scribens: *Quia non solum temporibus his, quae per te sum adeptus, sed iam olim nascenti prope nostrae laudi dignitatique favisti.* In Albanum Lentulus idem pro Cicerone contenderat ad Pompeium deprecandum, qui nimis alienatus a protegendo Tullio videbatur.